

Venerabili Magistro Johanni Hesse canonico Nifensi,
nobis charissimo.

Respondissemus literis tuis, charissime Hesse, altera die pri-
usquam nobis redita fuere, sed tanta fuit magnitudo et
cumulus negotiorum, ut etiam necessario otio ac quieti vix
locus haberetur, boni ob id consulas. Libellum pro duce nostro
Joachimo toties promissum tibi mittere non potuimus. Nifsa
enim relictum est per nos, non quidem incuria, sed oblivione
quodam, non tamen desidia. Ligna pro Plethorio duce reddita
comportata sunt, speramus propere adventura. Nec est no-
bis de hac re minima sollicitudo, ut optimo Principi possimus
ea saltem per te gratificari. Cum primum in nostra potesta-
te fuerint, reddemus vos certiores, vos itidem, ubi aliquid ex
Noriberga venerit, facere curetis. De Jerostao nostro nemo
mentionem fecit, nec scimus, quorsum tandem cum optimo
ac innocenti puero parens ipsius declinabit; superemus ut
nobiscum adhuc esset. Commendabis nos Davidi utriusque Regis,
et valebis. Data Nifsa Sabbato ante Hedvigis. 1577.

Johannes S. G.
Episcopus bratislaviensis.

Johanni Hesse.

P. D. Audieram olim Hesse, cum apud Bructeros septentri-
onales vitam agerem, virum te esse doctum et magno spei
juvenem. Idque ut verum esse crederem fidem fecit quoddam
elegans tua ad me scripta epistola, eaque erat mea de te ab-
sente estimatio, ut non solum te ob eruditionem tuam sin-
gularem, sed et commune nomen amarem vehementer.
Nuper vero, cum te non vidissem solum, sed et conversissem
Ephordis familiari symposio, omnia mihi fama in te
majora visa sunt; eruditionem laudo. Eloquentiam sum

non mediocriter admiratus. Itaq; dignus mihi videbare, diebus
 apud eum agas Principem, qui et te et doctos omnes magni Mona
 faciat, et planè Mecenatem studiosorum omnium agat, Octob
 quem ego olim, cum epem Sualovis in meo Panegyrico Re-
 giarum nuptiarum reverenter complexus sum. Ego Tibi, mi
 Hesse, et multum tribuo et ex animo gratulor, quod tua
 virtutis dignam inveneris estimatorem; idq; testaretur lon-
 ga satis epistola, si vel tempus meum vel meam occu-
 sionum ratio pateretur. Ero deinceps ad te scribendo cop-
 osior. Nunc ne frustra amicum Eobanum habeas, operam
 tuam exproscio. Eam ut mihi interim, tum coram esse non
 possam, impertias. Jure amicitia nostra non oro solum
 sed et contendo. Scribit ad te via mihi omnino amicissimo
 ac Magister in liberis Johannes Carsbachus Euphardiensis
 in causa quadam d'ri alieni, quo civem isllie Uratistavien-
 sem sibi habet obnoxium. Nec alio modo consequi potuit
 hactenus, quo id sibi debitum exsolveretur, ut ejs ad te liti-
 ris intelliges. Potes si voles apud Tuum Principem obti-
 nere, ut civem sua jurisdictionis et alienum exsolvere
 vel persuadeat vel cogat. Oro te, Mi Hesse, iterum atque
 iterum, si me amas, huic amico nostro patrocinare, qua-
 tum potes; potes autem, quantum voles. Id erit mihi ade-
 gratum, ut hoc ferè tempore nihil posses mihi facere grati-
 usq; si operam tuam in hac re amico petenti non denegaveris,
 sentes, quam bene in Eobanum beneficium collocaveris.
 Ex liberis amici rem omnem intelliges latius, da te mea
 causa roganti facilem. Et omnia tibi, quae de amicissimo
 potes polliceri. Vale mi Hesse et rescribe praeter, quid egeris.
 Mittam paulo post corollarium amicitiae. Scripsit his
diebus

diebus ad me Reuchlinus. Salvi sicut; vicinus pias,
Monachos omnes. Vale iterum ex Exphurdia IIII. (alend).
Octobris M. D. XVII. Tuus Eobanus Hessus.

1807
 1808
 1809
 1810
 1811
 1812
 1813
 1814
 1815
 1816
 1817
 1818
 1819
 1820
 1821
 1822
 1823
 1824
 1825
 1826
 1827
 1828
 1829
 1830
 1831
 1832
 1833
 1834
 1835
 1836
 1837
 1838
 1839
 1840
 1841
 1842
 1843
 1844
 1845
 1846
 1847
 1848
 1849
 1850
 1851
 1852
 1853
 1854
 1855
 1856
 1857
 1858
 1859
 1860
 1861
 1862
 1863
 1864
 1865
 1866
 1867
 1868
 1869
 1870
 1871
 1872
 1873
 1874
 1875
 1876
 1877
 1878
 1879
 1880
 1881
 1882
 1883
 1884
 1885
 1886
 1887
 1888
 1889
 1890
 1891
 1892
 1893
 1894
 1895
 1896
 1897
 1898
 1899
 1900

D. p.
ad
in
offi
nich
ter
me
in a
nisp

Ferū
ut a
nati
nūp
imp
fici
tua
brevi
juda